



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

149. Iesus ad Herodem missus ab eo contemnitur & illuditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 149. IESVS ad Herodem missus, ab eo contemnitur & illuditur.
Luc. 23. * 148. Ioh. an. 18. * 148.

S. Mattheus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes

AIT autē Pilatus ad principes sacerdotū & turbas. Nihil inuenio causę in hoc hoīe. At illi inualescebāt, dicētes, Cōmouet populū docēs per vniuersam Iudęā, incipiēs ā Galilęa vsq; huc. Pilatus autē audiens Galilęā, interrogauit si homo Galilęus esset. Et vt cognouit quōd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodē, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autē viso Iesu, gauisus est valde, erat enim cupiēs ex multo tēpore videre eū, eō quōd audiret multa de eo. & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eū multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabāt autē principes sacerdotū & Scribę constāter acculantes eū Spreuit autē illū Herodes cū exercitu suo: & illū indutū veste alba, & remisit ad Pilatū. Et facti sunt amici Herodes & Pilat⁹ in ipsa die. nā antea inimici erāt adiuicē. * 150.

CAP. 150. Pilatus suo testimonio & Herodis factō declarat, Christum non esse reum mortis. Luc. 23. * 149.

S. Mattheus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus, & plebe, dixit ad illos, Obrulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populū, & ecce ego corā vobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes. nam remissi vos ad illum, & ecce. nihil dignum morte actum est ei. Emen datum ego illum dimittam. * 151.

Cap.